

falsa et de peccato mortali aut pro fine malo peccati  
 paliter et ultimatate tunc mortalis est. ¶ Presumptio  
 Arrogantia. Jactantia et ypocrisis generaliter  
 et proprie sunt de illis que non onerunt homini ta-  
 liter se habent si illa habere vel credit vel in-  
 ordinate appetit. propterea semper habent errorem  
 vel malitiam involuntariam quoniam remota et sepe  
 mortalem secundum genus obiecti et iuxta circumstan-  
 tias intentionis et finis ac ceterorum. ¶ Presumptio  
 de dei misericordia que saluabit qualitercumque peccauerit  
 et in peccato perseuerauerit errat in fide si hoc iu-  
 dicet per intellectum et in moribus mortaliter si  
 taliter afficitur per voluntatem absolutam que de  
 conditionata non oportet et ita distinguere pos-  
 sit in valde multis de intellectu et affectu quia  
 secundum hoc peccata varia naturam sortiuntur ut di-  
 cantur vel errores vel mali mores vel utrumque.  
 ¶ Presumptio de multis meritis et gratiis fal-  
 sa est et temeraria si non inveniuntur. Si autem  
 credatur et sentiat quod ex se sunt principa-  
 liter impia est quantumcumque prius haberentur  
 que si singulariter eas habere quis gloriaretur  
 pestifera est atque pharisayca presumptio.  
 Credere et sentire quod ex meritis prece-  
 dentibus aliquod bonum aut premium consequatur  
 non est presumptio vel error si ad deum tanquam  
 ad originale principium actu et hitu solum referat.

